

*Assumptus est in cælum
et sedit a dextris Dei.*

✠ Conclúsió sancti Evangéllii
secúndum Marcum

16, 15-20

In illo témpore: [Appárens Iesus Undecim] dixit eis:

- ¹⁵ «**E**úntes in mundum univérsum
prædicáte evangélium omni creatúræ.
¹⁶ Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit;
qui vero non credíderit, condemnábitur.
¹⁷ Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur:
in nómine meo dæmónia eícient,
linguis loquéntur novis,
¹⁸ serpéntes tollent,
et, si mortíferum quid bíberint,
non eos nocébit,
super ægrótos manus impónent
et bene habébunt».
- ¹⁹ Et Dóminus quidem Iesus,
postquam locútus est eis,
assúptus est in cælum et sedit a dextris Dei.
²⁰ Illi autem profécti prædicavérunt ubíque,
Dómino cooperánte et sermónem confirmánte,
sequéntibus signis.

Verbum Dómini.